pract. obſeruari atteſtatur Paris Put. ſynd. fol. 441. poſt num. 4. quem refert, & ſequi videtur Gramm. conſ. 5. nu. 5. Sed re vera Bar. hoc non dicit vt bene animaduertit Paris Put. in loco prealleg poſt numer. 6. ſed tantum, quod erit maxima præſumptio contra eum, licet Boſſ. in tit. de ind. num. 36. dicat, quod quicquid ille dubitat, ipſe ita vidit ſemper illud dictum interpretari, vt ſcilicet faciat indicium ad torturam. Et ibi etiam dicit num. 38. & ſeq. quòd practica ſeruat, quod ſola variatio rei, etiam ſine trepidatione, modo ſit circa [d] ſubſtantialia, facit indicium ſufficiens ad torturam. Et quòd mendacium ſolum ſit ſufficiens indicium ad torturam, dicit concludere cõmuniter Doct. Nouel. in tract. ad defenſam fol. 15. poſt. num. 5. Multi tamen tenuerunt contrarium, quod ſcilicet ſolum mendacium nõ ſit ſufficiens indicium ad torturam, ſed ſolummodo faciat quandam ſuſpecionem, quæ iuncta cum alijs ſufficiat ad torquendum, quam etiam dicit communiter teneri Tract. Carrer. fol. 95. [f] numer. 119. Hanc etiã dicit eſſe communem Gram. vot. 30. num. 15. in fin. [g] Ego vero in hac varietate opinionum crederem hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio, conſiderata qualitate perſonæ, & rei, ſuper qua eſt mendacium, ſeu variatio, an ſcilicet ſit talis, in qua veri ſimiliter poſſit cadere obliuio & an ſit circa ſubſtantialia [h] negotij, & an incontinenti ſe correxerit. nã talis variatio diceretur potius emendatio, quam mendacium. Si tamen eſſem iudex. vix eſſet vt ex ſolo mendacio, vel variatione ponerẽ reum ad torturam, niſi aliquod aliud adminiculũ concurreret. Et hoc puto eſſe [i] tutius.

K Seterum ſola inconſtantia, titubatio, & trepidatio rei proculdubio non eſt ſufficiens indicium ad torturã, ſed tantũ facit contra eũ aliqualẽ præſumptionẽ, vt dicit Bar. in loco præall. Et ita cõiter tenetur, vt dicit Pract. Car. fol. 92. n. 120. Hanc ẽt dicit eſſe verã, & receptã ſniam Simãcas de hær. c. 63. nu. 24. quam ẽt cõmunem appellat Plot. in repet. l. ſi quando, num. 886. Multi enim sũt adeo natura timidi, vt cum duncuntur ad preſentiã iudicis, turbentur, ita vt neſciant, quid dicãt. ẽt ſi ſint innocentiſſimi, vt contingit illi nobili, de quo ſcribit Paris Put. de ſyndic. fol. 441. nu. 7. quos propterea impiũ eſſet tormẽtis [m] ſubijcere.

Si [n] aliquis viſus ſit exire ex aliqua domo cũ gladio ſanguinolento, & cum facie pallida, quæ domus non habeat niſi vnicũ oſtium, & intus reperiatur homo mortuus, tale indicium eſt ſufficiens [o] ad cõdemnationẽ, ita allegatur tenere Ang. in l. ſi. in princ. ff. quòd metus cauſa. Et eſt cõis opin. ut dicit Blanc. de indicijs nu. 292. prout illũ refert Nouel. in pract. crim. fol. 61. nu. 8. quãuis Ang. in loco præall. in lib. meo videatur tenere contrariũ: quinimò ipſemet Ang. in l. quamuis, in fi. ff. de furt. expreſſe tenuit contrariũ, ſcilicet, quòd imò nõ ſufficiat ad cõdemnationem, ſed tantũ ad torturã: et dicit, quòd ita practicatur, quem refert Brun. de ind. fol. 51. num. 7. [p] Ego in practica ſemper vidi ſeruari, quod hoc poſitum ſit in arbitrio iudicis: nam aliquando vidi reos, contra quos extabant huiuſmodi grauiſſima indicia, grauiter torqueri: aliquando etiam vidi eos condemna-

d *Subſtantialia.*] Quinimmo iunctis alijs indicijs, ita communiter tenetur, vt habetur abunde per Oſaſc. decil. 79. ſub num. 17. Item hic aduerte, quod variationes factæ circa factum principale non nocent inquiſito, vbi ſunt factæ ſuper inquiſitione inepta, & inualida, vt ex plurib. plene probat Rol. conſ. 3. col. fi. lib. 3. *Giach.*

e *Mendacium.*] Adde tu, quod hanc communẽ etiã vltra Oſaſc. vbi ſup. dixit Nat. noſter cõſ. 499. nu. 7. ex Gram. d. vot. 30. & de utroque vid. p Rol. cõſ. 14. nu. 19. lib. 4. *Giac.*

f *Num.* 119.] Vide Alciat. conſ. 18. numer 5. lib. 7. *Roſ.*

g *Ego vero.*] Contra Clarum tenet Farin. vbi ſup. num. 9. *Roſ.*

h *Negotij.*] Adde, quòd alias non nocet, ut per Natt. conſ. 42. nu. 4. & conſ. 43. col. 2. & per Crauet. conſ. 260. poſt num. 5. uerſ. 2. ubi alios allegat, & num. 6. reſpõdet, quòd uariatio conſideratur, quando eſt doloſa, non autem ſi ſit per errorem: & paulo inferius etiam dicit, uariatione indicium ad torturam fieri non poſſe, niſi prius conſtet commiſſum eſſe flagitium, quæ not. Item quod uariationes non faciant indicium ad torturã quando principaliter uariatio non eſt circa factũ, ſed circa circunſtantias, & qualitatem delicti, habetur etiã plene per Rol. eius conſ. 3. nu. 53. *Giach.*

i *Tutius.*] Vide Natt. conſ. 499. lib. 7. *Roſ.*

K *Ceterum.*] Farin d. q. 52. nu. 44. & ſeqq. *Roſ.*

l *Multi enim sũt adeò.* Adde inf. q. 64. uerſ. fin. ibi, caueant tamen; & ibi, multi enim innocentes; In caſu tamen, quod reus titubaret, pro qua titubatione ſe fundaret Iudex, excipiat Aduocatus; Magnitudine periculi, nõ conſcientia peccati reum commoueri; Ad Heren. lib. 2. uerſ. Conſecutio, ad fi. argumento eorum, quæ dixi ſupra hac eadẽ quæſtione, uerſ. Fuga. per Blanc. repet. l. fi. num. 44. ff. de queſt. An autem petens miſericordiam à Iudice uideatur fateri delictum? Quod non, Menoch. de Arbit. Iud. lib. 1. q. 7. num. 37. In teſte tamen trepidatio, & palliditas coram Iudice non minuit fidem, iuxt. Fel. in cap. paſtoralis, § quia uerò, coll. mihi 7. de offic. deleg. *Drogh.*

m *Subijcere.*) Vulpell. reſp. 72. num 6. *Roſ*

n *Si aliquis.*) Farin. d. q. 52. num. 50. cum ſeqq. *Roſ.*

o *Ad condemnationem.*) Adde, quod doct. appellant hoc indiciũ indubitatum, & iſtud exemplũ fuit D. Thomæ de Piperata, qui etiã alia ponit exempla, de quib. uide per Iac. de S. Georg. in l. cũ probatio. col. 1. ff. de probatio. & omnino. col. fi. Item indicium indubitatum quòd dicatur, vide per pract. Carrer. pag. 72. col. 2. in fi. & pag. ſeq. col. 1. vbi etiã citat Doct. ponentes exempla alia indicij indubitati. *Giach.*

Ad condemnationẽ.)
158 Adde, † q; tale indiciũ dicitur indubitatum, & indiciũ indubitatũ dicitur, & diffinitur, quòd ſit demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquã in exiſtẽte quieſcit, & plus inueſtigare nõ curat l. indicia, C. de rei uẽd. & ita diffinit Bal in l. ea quidẽ, col. 2. C. de accuſ. Brun. in tract. de ind. 4. q. prin. 2. exẽplo, ubi ẽt ponit exẽpla indiciorũ indubitatorũ, & Pau. Girlan. in rub. de ind. & præsũp. ad condẽn. uide ẽt per Iac. de S. Georg. in l cũ probatio, col. 1 & fi ff. de prob. & ſi
156 uxor reperiatur mortua manè, quę ſero erat ſana, ex quibuſdã percuſſionib. ſibi illatis, an præſumatur à marito interfecta cũ ea cubãte nullis in camera, aut domo preter eũ exiſtẽtib. ſi prius ab eo dẽ male tractabatur, latè Boer. in decil. 261. ubi cõcludit, quòd maritus eſt torquendus. *Baiard.*

p *Ego in practica sẽper uidi.*) Remoue arbitrium in graui, & ardua cauſa Iudici conceſsũ, ut hic p probationes in cõtrarium modo, quo inf. q. 91. uer. arbitrio atq; balya; p Bru. Tract. de ind. & tort. q. 5. primę partis, n. 2. At quõ procedẽdũ ſit in arbitrio remouẽdo, inf. q. 64. uer. dixi ẽt, ibi, caueãt tamen; eſt .n. minus qui ſit poſſibile tribuendũ Iudici: docet .n. experiẽtia arbitraria Iudicũ ſæpib. in malo uerſari; ut per Illuſtrẽ Senatorẽ Pet. Ant. Petram Placẽt. Tract. ſuo de prohib fideicom. in prin. n. 9. ex Bald. in c. fi. nu. 7. in fi. ext. de reſcrip. ubi alleg. Ariſt. 1. Reth. Nota ergo in propoſito multa quæ Iuddici non ſunt arbitraria, uidelicet pœna à conſuetudine ſancita. Menoch de arb. Iud. lib. 1. q 14. num. 7. Idem quando quid eſt à lege determinatum. Menoc. ubi ſup. lib. 2. cent. 1. caſ. 87. ſub n. 10. Plot. in l. ſi quãdo, §. 48. ad fi. Tiraq. de pęn. l. in Pręf. n. 65. Quò caſ. pulchrũ eſt uidere apud Cic. in orat. pro Sexto Roſcio Comedo.

To. 1.

ri, non tamen pœna ordinaria delicti, ſed tantum [q] extraordinaria, iuxta ea, quæ dixi ſupra, q. proxima, verſ. ad condemnandum. Et ideò poterit iudex conſiderata qualitate facti, & perſonarum, amplecti quam opin. maluerit.

Si [r] res furata reperiatur pe-
4 nes aliquẽ, talis inuentio facit contra eum indicium ad torturam, niſi ipſe doceat à quo habuerit, ita dicit Bart. in l. fin. poſt nu. 5. ff. de quæſtio. Et hæc eſt communis Doctrina Doctorum, vt dicit Marſ. conſ. 130. num. 42. Rolan. conſ. 45. nu. 39. & ſeq. li. 1. Et ita in facti contingentia conſuluit Gram. conſil. crim. 14. & ait ita fuiſſe extentũ. Hæc tamen concluſio intelligenda eſt, vt procedat, modo [s] ille, penes quẽ res furtiua reperta eſt, ſit mala vocis, & conditionis, & famæ: ſecus autem ſi ſit bonæ vocis: tunc enim ẽt ſi non doceat à quo habuerit, non facit cõtra eũ indicium ad torturam. Ita dicunt Doctores, teſte Bruno. de indic. folio 25. numero 5. Dicit etiam Aug. ad Ang. de malef. in uerbo, Et veſtem cæleſtem, ſub num. 19. quod hanc diſtinctionem omnes Doctores communiter approbare videntur. Ita etiam communiter diſtingui atteſtatur Rolan. in alleg. conſil. 45. numer. 41. Et ſecundum hanc opi. in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſ. 107. lib. 1. in 1. part. Idem etiam dicẽdum eſt, ſi eſſet reperta apud aliquem, qui ſolitus eſſet emere, & vendere tales res mobiles, & illam palam teneret. nam eo caſu nulla ex eo ſuſpicio contra eum oriri [t] poßet.

To. 1. aliud eſt iudicium, aliud eſt arbitrium; iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertę; ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus, aut amittamus, ad arbitrium hoc animo adimus; vt neque nihil, neque tantum. Deinde ſequitur; Quid eſt iudicio? directum, aſperum, ſimplex; quid eſt in arbitrio; mite, moderatum, quantum æquius, & melius ſit dari.

Item quãdo vocabuli ſignificatio, à iure ſcripto ſumitur, Menochius vbi ſupra, libro ſecundo, centuria ſecunda, caſu 199. in fine. Item ceſſat arbitrium aliàs iudici datum cum nulla adeſt pœna, nec delictum; modo, quo per Menoch. d. centur. 4. caſ. 354. ſub num. 38. vide Felin. in capit. Nonnulli, col. mihi 32. de Reſcrip. vbi quod in cauſa boni publici ceſſat arbitrium, & in capit. inter ceteras, coll. mihi 5. verſic. Quinta reſtrictio, & verſic. per quem text. dicit Bal. in l. quicũque, C. de ſeru. fugit. & in capit. ſunt & alij, coll. 17. verſ. ſed huic opinioni, ext. de reſcript. ceterum quæ dicuntur in hoc verſ. magis pertinent ad oratoriam artem, quàm aliter vide ad Heren. lib. 4. verſ. frequentatio, & in his terminis de inuent. libro primo, verſiculo omnis demonſtratiua, & clarius in Topicis, verſicul. ab adiunctis ibi, eſt igitur magna ex parte, locus hic oratorius non modo Iuriſconſultorum, ſed nè Philoſophorum quidem, fol. mihi 92. Et an talis exitus cum gladio ſanguinolento probari debeat per vnum teſtem, an verò per duos, vide Alexãdrum concludentem, quod per duos, conſilio 138. ſub numero quarto, volum. 6. Matth. Filicianus inter conſil. criminalia diuerſ. conſilio 47. num. 21. par. 1. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 3. caſ. 270. numero 19. idem Alexand. conſil. 14. ſub numero 1. vol. 4. vbi habetur quomodo talis exiens faciat indicium neceſſarium. *Drogh.*

q *Extraordinaria.*] Adde, ac plenè vide hoc per Carrer. in pract. crim. §. homic. cap. vltimo, ſub numero 39. *Giach.*

r *Si res furata reperiatur penes aliquem.*] Itẽ, quod poſſeſſor rei furtiuæ teneatur ex volũtate in iudicio nominare authorẽ ſuum, vult euitare ſuſpicionẽ, quæ ab omni bono viro debet eſſe aliena: legitur, atque notatur in l. inciuile eſt, C. de fur. & ſeru. corrupt. *Giach.*

Si res furata reperiatur penes aliquẽ.] Adde om-
160 ninò † videndum Deci. in conſ. 39. per totum volum. 1. vbi latiſſimè, an ſi res furtiua fuerit in domo alicuius reperta, dominus illius domus dicatur in culpa, & conſcius
161 furti, † & an quod ibi reperta ſit, credatur vnico teſti, & an propter hoc ille dominus poni poſſit ad torturã, & condẽnari; vide etiam omninò Menoch. de præsũpt. præſumptio. 29. vbi multum diffusè habetur de huiuſmodi præſumpt & vide quæ po-
162 ſui ſupra in † §. furtum, verſ. nunquid. *Baiard.*

ſ *Modo ille.*] Vide ſupra in §. furtum, verſ. ſed nunquid ille. *Roſ.*

t *Oriri poſſet ad materiam.*] Adde, quod ex conuerſatione malorum, multum mouetur animus iudicis, circa indicium ad torturam, per Crauettam conſilio 220. numero duodecimo, per totum. *Giach.*

QVÆST. XXII.

Quomodo indicia legitimè probentur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Indicia quomodo probentur.*
2 *Et an per vnum teſtem, ibidem.*
3 *Et quid ſi non ſit omni exceptione maior.*
4 *Et quid ſi cognouit tantummodò ad vocem, numquid.*

Ex Additionibus.

*1 *Oculus certior eſt auribus.*
1 *Indicia quomodò probentur remiſſiuè.*
2 *Teſtis vnicus quomodò probet, vel faciat indicium remiß.*
3 *Teſtis vnicus deponens de aliquo actu proximo, vel remoto, ipſi maleficio facit aliqualem præſumptionem.*
4 *Teſtes ſingulares quomodo iungantur ad faciẽdum probationem, & indicium ad torturam, remiſſiuè.*
5 *Indicium remotum debet probari per duos teſtes.*
6 *Teſtes plures ſingulariter deponentes non faciunt indicium.*
7 *Præſumptiones plures, an & quando coniungantur.*
8 *Teſtes in facto concordes, ſed in tempore abſcordes, vel non recordantes, fæciunt indicium ad torturam.*
9 *Teſtis præſumitur omni exceptione maior.*
Lim. niſi qualitas hæc à ſtatuto requirereture, tunc enim eſſet probanda.
10 *Teſtes duo nõ omni exceptione maiores, habẽtur loco vnius.*
11 *Teſtes duo non omni exceptione maiores, an plenè probent iudicis arbitrio remittitur.*
12 *Teſtes non integri non probant.*

ADDI.